

Bibliothèque numérique

medic @

**Cordelle, Jean / Patin, Guy
(président). - An sanguis per omnes
corporis venas et arterias iugiter
circumfertur ?**

1670.

Paris : s. n.

Cote : Ms 80

QUÆSTIO MEDICA

QUODLIBETARIIS DISPUTATIONIBUS MANE DISCUTIENDA

IN SCHOLIS MEDICORUM DIE JOVIS XVIII. DECEMBRIS.

M. GUIDONE PATIN, Doctore Medico, & Professore Regio, Præside.

An sanguis per omnes corporis venas & arterias iugiter circumferatur?

QUOD vivimus calori tribuendum, quod aliquandiu, nutritioni, quæ Natura dum perpetuò facit quod continetur desinit, vitam quidem efficit longulam, non tamen æternam. Ad id operis nihil habet accommodatus sanguis, cujus materia chylus est, qui in ore gulæque inchoatus, & in ventriculo perfectus, in iis per quas ad jecur contendit venis, aliqua jam sanguinis specie ornatus, ipsius jecoris ipsi sese exhibentis propriâ innatâque vi, rotam germani sanguinis formam induit. Inde tamen lapsus in Cavam aliasque insignes venas tergetur, nitetque magis. His quippe claudi omnino amat, si sibi relinquatur, nusquam egressurus. Sed mox ut suo parenti gravis, eò depulsus est, rapitur ab aliis partibus, illo suam expleturis tamen. In venis itaque movetur, non admodum protrahens fluminis, sed perquam lentè, eoque demtaxat gradu, quo is abit, cui succedit vicarius.

SANGUINEM perpetuò in orbem agi, è Cava ascendente in dextram Cordis specum delabi, inde egressum in universam pulmonis substantiam excurrere, hinc per venosam arteriam ad levam Cordis sinam iter reflectere, unde in Aortam reliquasque arterias, ut ab his in venas tradatur, in Cor jugi circuitu recursum, suave est Harvey somniantis, aut certe ingeniose ludentis commentum, nulla oculorum fide commendatum (quis enim operantem vidit Naturam?) nullis certis experimentis, nullo rationum pondere stabilitum. Nam quod venæ interiores, viscoso sanguinis fundendi causa injecto, præter morem tumeant, facie allata membro vis, dolorique comes constrictio, non qui in illis resistit interceptus sanguis. Et apertâ majori arteriâ, totus quidem etiam è venis exiit sanguis, quod per hiantia coævum passim venarum & arteriarum oscula transfusus, vâ suo pondere, vel subito deorsum ruat, sufflamini prædicant.

SANGUINIS circuitio, & in orbem per vasa omnia circumductio, otiosarum mentium pæta, mera subes est, quæ amplexantur Ixiones, Centauros & portenta procreantur: Mirum quippe quantum hoc uno figmento universa viventium corporum Oeconomus obsecratur, perturbetur, quàm artis Medicæ fundamenta nitere convellantur. Quam Medicus principum præsidiorum subsidio destitutus, inutilis fit, & fœrius afflictæ operumque implorandam lucem oculos tantisper speriant, facillimè eam errorem, quem rei novitas attulit, Naturæ ratione depellant.

SANGUINEM toto corpore circumferri, adeo Naturæ instituto adversatur, ut assiduo isto motu universæ nutritionis ratio evertatur, damnâque gravissima incurrantur. Nam si è sanguinis in venis reconditi penu semper aliquid demitur, ad id faciendum, quod è singulis excidit partibus: cum hæc ad suam opus explendum aliquid sibi depositum temporis spatium: sanguis vero simul accedat, & recedat, nullibi moram faciat, quo tandem pacto ad vitam herere, in illarumque substantiam abire & converti poterit? Rem propius intueri, non modo inutile est, sed more publicanorum molestam, & semper aliquid bonæ rei auferentem deprehendes. Hæc quippe est fluctuum corporum natura & ratio; ut quemadmodum amnis quantumvis taciturnus mordet zoticque paulatim abiecit ripas, ramenta quædam abripiant, & summo saltem vulnere degulsent, quæcumque lambunt corpora, perens erit phlegmones, aut ejus quasi pabuli uberioris appulsu non obretur.

FAMOSUM fumosumque hoc dogma quanta in corporum natura, tanta in Arte Medica sequitur perturbatio, & omnium confusio. Nihil enim amplius est in sanguinis missione præsidij, nihil in purgatione, quin illa corpus ipsum accendi, hæc verò inquinari penèque venenari consequens est, nempe cum à fuso sanguine, quin venis speret, mole copiatque minor sit, & celerius moveatur, motuque ipso incandescat: & Cordis cava, sedem focumque luculentæ caloris, sæpius subeundo, novum calorem induat necesse est. Qui autem prius quali sopiti valorem tunc ad hærescebant facti hamores, ubi purgantis medicamenti operâ emoti, cursumque præterlabentis sanguinis sequuti in Cordis penetralia deducuntur, & ipsam inquinabant, & similem reliquis subinde partibus libere importabant: Sicque Medicis omni præstanti auxilio destitutus, morbi que ipsi, quos vel sanguinis fervor, vel humorum impuritas peperit, impune grassantibus, quam maxima mortalium strages edetur.

Non ergo sanguis per omnes corporis venas & arterias iugiter circumferatur.

DOMINI DOCTORES DISPUTATURI.

M. Franciscus Sorand.
M. Jacobus le Meneffrel.
M. Carolus Brisfer.

M. Nicolas Bonvaster.
M. Nicolas Rainssant.
M. Isaac Graun.

M. Antonius Morand.
M. Ioannes Hamon.
M. Simon Boulor.

Proponebat Lutetiæ IOANNES CORDELLE, Hamus, A. R. S. H. 1670.